



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

31 luspatronatus, quibus, & quot modis amittatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

efficiatur ius patronatus clericorum, & non laicorum probat text. in dict. cap. unic. § final. Felin. in tract. quan. lit. apost. nov. patr. num. 11. vers. limit. sexto. Paris. conf. 128. n. 19. & seq. lib. 4. & Lambert. in tract. de jure patr. lib. 2. par. 3. quest. 9. artie. 20.

30 Quid autem dicendum de + jurepatronatus competente confraternitatibus laicorum, licet hujusmodi collegia confraternitatum adhærent ecclesiis, & causa pietatis constituantur, cùm tamen ipsi, ex quibus collegia, & universitates constituantur, & ad quorum voces, & suffragia presentatio sit, sint omnino laici, & ad has universitates laicorum presentatio pertineat, non ad ecclesiias, nec ad alias ecclesiasticas dignitates, videtur, quod sint patroni laici, cùm non habeant habitum religionis, nec gaudeant privilegio fori, & canonis, licet habeant collegium, & ita tenet. Felin. in d. tract. quan. lit. apost. num. 11. limit. 4. & Covar. eod. lib. tract. quest. d. cap. 36. num. 8. Secus autem est dicendum de jure patronatus beguinarum, quia licet sint seculares, religiose tamen vivunt, & habitum portant religiosum, & idem de aliis fraternitatibus, vel collegiis habentibus easdem qualitates, quas habent beguinae, videlicet habitum religiosorum, & ita post Felin. loco supra citato distinguit. Roch. de Cur. sub ver. jus, in tract. de jure patr. n. 17.

Amititur ius patronatus, & illo pri-  
vatur patronus ipso jure pluribus ex  
causis.

31 + primò venditione, & applicabitur illi ecclesiæ, cui per hujusmodi emptionem est facta simoniaca injuria, cap. quia clerici, juncta glossa in ver. spoliando, & ibi

Abb. num. 8. de jur. patr. aut alio quo-  
cunque titulo, in alios contra canonicas  
sanctiones translatione, quo casu patronus  
excommunicationis, & interdicti  
penitentiæ subjicitur, & jurepatronatus pri-  
vatur ipso jure, Conc. Trid. cap. 9.

Secundò, quando patronus per se, vel  
per alios faceret occidere, vel inutilare  
rectorem beneficij sui, ius patronatus, &  
jus devolvitur ad ecclesiam, cui fuit facta  
injuria, & ne minus vindicta, quam ex-  
cessus memoria prorogetur, usque ad  
quartam generationem, per lineam dire-  
ctam posteritatem talium in clericorum  
collegium admitti, neque in domibus  
regularibus alicuius prælationis hono-  
rem assequi possunt, donec cum eis fuerit  
misericorditer dispersatum, cap. in qui-  
busdam, S. sacri nihilominus, & ibi gloss. in  
ver. prorsus amittat, & Abb. num. 2. de pœn.

Tertiò, si in perceptione fructuum,  
proventuum, & conventionum se ingerunt, aut  
jurisdictiones bona, census, & jura ecclæ-  
siæ in beneficiorum, quacunque arte, sibi  
usurpant, c. 11. vers. quod si eiusdem, sess. 22.  
& d. cap. 9. vers. patroni autem, sess. 25. de  
reform. ultra quoq; eandem excommuni-  
cationis pœnam incurruat.

Quarto propter hæresim, ab quam bo-  
na hæreticorum ipso jure sunt confiscata, c.  
cùm secundum, de heret. in 6. & Pegna. su-  
per. 3. par. direct. com. 158. vers. hi ita po-  
sitius, + & tunc ius patronatus non transit  
ad fiscum cum universitate bonorum, sed li-  
beratur beneficium, quia illud jus applicatur Ecclesiæ, cùm hæretici Ecclesiam  
offendat, ac insigni injuria afficiant, qua-  
propter eidem læsa principaliter est satis-  
faciendum, Felin. in cap. vergentu, num. 1.  
vers. sed adverte, de heret. & Pegna.

Kk

vol.